AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 162r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quæ sequuntur et ostendit; quia quod notum est inquit di-
nifestum est illis. Dis enim illis manifestauit; illis quibus
legem non dedit; audi quomodo manifestauit, inuisibilia enim
eius per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Interroga
mundum ornatum celi fulgore dispositione que siderum
solem diei sufficiente luna noctis solatium. Interroga ter-
ram fructificante herbis et lignis animalibus plena modis
exornatam. Interroga mare quantis et qualibus natan-
tibus plenum. Interroga aerem quantis uolantibus uiuunt.
Interroga omnia et unde si non sensum tamquam tibi res-
pondent. Dis nos fecit. Hec et philosophi nobiles quesierunt
et exarte artificem cognouerunt. Quid igitur quis reuelatur ira
di super impietatem quia ueritatem in iniquitate detinent. Veniat ostendat quomodo illi enim dicunt quomodo
cognouerunt; inuisibilia eius id est di per ea que fac quæ
sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque eius ui-
tus et diuinitas ut sint inexcusabiles quia cum cognouissent
dm non sicut dm honorificauerunt aut gratias egerunt sed eua
nuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipi-
ens cor eorum. Apli uerba sunt non mea; et obscuratum est cor eorum;
dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Quod curiosi
tate inuenerunt superbia perdiderunt, dicentes se esse
sapientes. id est donum di sibi tribuentes stulti facti sunt.
Verba uniqua apli sunt. Dicentes se esse sapientes stulti
facti sunt. Ostende per stulticiam eorum. Ostende aplem
et sicut ostendisti nobis unde potuerunt peruenire ad
cognitionem di quo inuisibilia eius per ea que facta sunt
intellecta conspiciuntur. Ita nunc ostende quomodo se

Manifestauit

animalibus

suo

Nota